



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Orationes Ante Et Post Missam Dicendæ

[S.l.], 1649

Alia Oratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55282)

Alia Oratio.

Iam dulcissime atque Aman-
tissime IESV, vnica spes sa-
lutis meæ, nullatenus tibi di-
gnè regratiari possum, de vni-
uersis beneficijs mihi impen-
sis. Ago autem gratias humi-
les tibi Clementissime DEVS.
quod me dulcissimo corpore,
& pretiosissimo sanguine tuo
reficere voluisti. Gratias tibi
ago misericors Deus, quòd me
ad officium sacerdotale elegi-
sti, & rogo te Domine IESV
Christe, vt remittas mihi vni-
uersas negligentias meas, &
omnia errata mea: parce & re-
mitte mihi propitiabilis Deus,
quòd Sanctissimum Corpus,
& Sanguinem tuum tractaui
&

& sumpsi tam irreuerenter, & indeuotè. Parce quæso, benignissime Deus, & remitte omne quod in hac Missa tam in eiendis, quam in agendis vanis seu vagis cogitationibus transiui incautè seu negligenter. Eia deprecor te misericors Deus, vt tibi hoc sacrificium, gratum sit & acceptum, quod obtuli in honore nominis tui, & Gloriosæ Virginis, & Matris M A R I A E, atque in honorem S. N. & S. N. omniumque electorum tuorum, pro viuorum, & mortuorum salute. Da igitur mitissime D E V S, viuís omnibus gratiam & misericordiam, defunctis requiem & veniam, Ecclesie tuæ pacem & concordiam.

B. 2. diam.

diam, nobis autem miseris peccatoribus hinc ambulanti-
bus, fidem rectam, spem fir-
mam, charitatem perfectam, &
eandem vitam consequi sem-
piternam. Qui vivis & re-
gnas, &c.

Alia Oratio.

O Benignissime Domine
IESV Christe, respice su-
per me indignum famulum
tuum oculis misericordiae tuae
quibus respexisti Petrum in
atrio, Mariam Magdalenam in
Cenivio, & latronem in
Crucis patibulo. Et concede
mihi, vt cum Petro peccata
mea dignè fleam, & cum Ma-
ria Magdalena perfectè dili-
gam.